



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lucæ Opalenii. Marsalci Curiæ Regni Poloniæ. Seu
(Anagrammatice.) Pauli Næoceli De Officiis Libri Tres**

Opaliński, Łukasz

Amsterdami, 1668

Pars Capitis Prima. De Temperamento Potestatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46825](#)

rapiunt, & nulla remissione miserè encant. Ita acerbè & acriter flagitata obligatio ; subdola effugia , perfidiam , ac per- *Effugia* juria creat. Quæ cuncta , quin longè re- *curat* mota sint ab illâ , qua invicem teneri de- *subdola* beremus , charitate ; nemo est , qui negare possit.

Meritò itaque nova lex & Institutio *He cun* Christi : quæ non venit ; solvere hæc Ju- *cta lex* ris vincula ; sed perficere : Meritò inquam *Christi* exigit præcipitquè ; ut omnia fiant in *temperat.* Charitate. Et primùm docet : *Moderatio-* *nem adhibendam esse* : ne , quæ licita sunt, putentur omnia expedire. Deinde suadet : *decedere quandoquè de jure suo* : aut se eo penitus private , ut exactiùs Charitas im- pleatur. In primo est Admonitio ; in al- *Et sàpè* tero Consilium. Illud ab omnibus requiri- *charitatis* rit nominis Christiani professio : hoc à *cansà ab-* paucis perfectio. Utrumquè per singulas *dicat.* Juris partes , explicabo : & officia , quæ hinc emanant , deducam.

PARS CAPITIS PRIMA.

De Temperamento Potestatis.

Ostensum est libri hujus initio , *defe-* *Gratia* *Etum Charitatis causam juris extitisse.* *Christi re-* Cùm hæc ergo gratiâ Christi reparatur ; *vocat, do-* profectò necesse est : ut renovet dotes sibi *tes chari-* proprias : iisque quantum fieri potest ; *tatis.* *Jus*

*Et pri-
um Ä-
qualita-
tem.*

**Consub-
stantia-
lia.**

*Qua plus
res ob
causas
debita
nobis.*

*Sed præ-
cipue ob
regenera-
tionem
per Chri-
stum.*

*Unde
fraterni-
tas primi-
tiva Ec-
clesiae.*

*Cujus de-
cet memi-
nisse.*

Jus constitutum moderetur: ac temperet Dotum autem harum; prima est *Äqualitas*: hanc itaque Potestati in memoriam meritò revocat. Meritò, inquam: nam ratio dictat ipsa: quòd ea, quæ sunt ejusdem speciei; æqualia sunt: ad invicem: & *éμορσια*: quæ potissima, & suprema *Äqualitas* est. Ut igitur aurum auro, ita homo homini naturâ par est. Par verò etiam, non modò ab eodem ortu, & satu primi Parentis: sed quod longè majus est; ab æquali Regeneratione per Christum: Si enim Propheta dixit; nunquid non Pater unus omnium nostrum? nunquid non Deus creavit nos? quare ergo despicit unusquisque fratrem suum? Quantò magis nobis unus Dominus, unus Deus, qui dixit: Patrem nolite vobis vocare super terram: unus enim est Pater vester qui in cœlis est: vos autem fratres estis. Unum corpus nempe, unus spiritus: sicut vocati sumus in una spe vocationis nostræ. Unde illa recentis Ecclesiæ fraternitas & communio; per quam; erant pariter omnes conjuncti, imò & uniti: cùm illis esset cor unum & anima una.

Hujus itaque novæ æqualitatis, in omni Potestate oportet meminisse: si prout sumus nomine; & re ipsa, esse volumus Christiani. Hæc nos docebit: supportare invicem in Charitate. Hæc monstrabit offici-

officia, tam his, qui regunt, quām qui reguntur. Hæc naturalem Potestatē perficiet: dum & quos Deus conjunxit, vetabit separari: & Parentes *euſopj* effi- Prolis ciet. Hæc, Potestatē in servos, juxta aman- monita; quæ ad eam dicta sunt; exerce- tes. *Ab illâ enim tempora-*
bit. Hæc denique; Imperium tempera- *tempora-*
bit exactè adimplendo, quæ ad illud spe- *mentum*
stant. Ita; moderatio, constabit omnis *omnis pa-*
Potestatis: ab æqualitate per Charitatem: *testatis.*
quæ est; æqui & boni consummatissima
regula.

Ea verò; ut tantò melius exerceri pos- *Cui præ-*
fit; *Prætulit Christus obedientiam gubernati-*
tioni: famulatum dominatui: obsequium im-
perio. Prætulit autem causâ primùm, & *tulit Christus obsequiū.*
ratione. Nam dum omnem animam Po- *Idque ratione.*
testati subdidit; hoc ipso; facillimum officii compendium, securam récti nor-
mam, unicum erroris effugium dedit:
nempe obsequi libenter: & parere; cui subjectus jure sis. Reddat rationem rectè
an secus facti, cui Jus delatum jubendi,
obsequii meritum, securum & *ἀστακὴς* Erroris
manet. Prætulit deinde idem, & exem- *expers.*
plo. Nam et si illi data esset Potestas omnis *Et exempla-*
in cœlo & in terra; tamen noluit ministrari:
sed ministrare: regnum fugit: formam servi
assumpsit: factus obediens: & quod ipse
fecit; faciendum monstravit. Reges in-
quit gentium, & qui Jus aliud Potestatis
habent,

162 *Lucæ Opalenskii Officiorum*

habent, dominantur: Vos autem non
sic. Sed si & consilium meum & exem-
plum placet; qui major est vestrum, fiat
sicut minor.

Quod per Istud verò re ipsa implere; id est subji-
fectiori- ci velle; & defugere omnem Potestatem;
bis pro- et si tantum est perfectiora sectantium;
posuit. iisque hoc suadetur: Attamen ad omnes

Merito certè, qui præfunt; pertinet: memi-
ab omni- nisse hujuscce exemplaris: illud identidem
bis spe- respicere: illi aptare actiones: & hinc
& standum. consummata officia petere: cujuscunquè

potestatis. Non est enim ut rectè gubernet; nisi qui paratus sit gubernari. Talis

enim, sciet: *officium esse regere, non pre-*
mium: Dominationi definitam esse, à
Deo, & naturâ legem: Summam pote-
statem manasse ab instituto: hoc verò *bo-*

no parentium, non commodo gubernantium,
ortum: Onus esse; hocce munus. Omne

sub Regno graviore, Regnum esse. Red-
dendam ejus rationem. Itaque habendum

Jus Potestatis temperanter: Nec homini
homine abutendum. Deinde, idem do-
cebit; parendum etiam Potestati. Hoc

utile: hoc tutum: hoc vel non onero-
sum volenti, vel si sit; majoris meriti.
Hoc demum errori non adeo obnoxium,
& in reddenda ratione minùs grave.

Ut im-
pleatur
officium
guber-
nandi.

PARS